

A N N O

1740.

IV.

## CONGREGATIONI

Pro Gubernio Civitatis Firmanæ ejusque Comitatus, ab Innocentio XII. erectæ, nova forma constituitur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

**N**EMO est, qui non intelligat, quam sollicitè <sup>Proce-</sup> advigilare debeant Romani Pontifices, ut ea <sup>mium.</sup> omnia, quæ Prædecessores sui pro saluberrimo, non solum totius Status nostri Ecclesiastici, sed uniuscujusque etiam Provinciæ, Civitatis, et Oppidi, tam Spirituali, quam Temporalis regimine, post adhibitam omnem diligentiam, et maturam deliberationem, statuenda esse censuerunt, integerrime serventur, et si aliqua ex parte tractu temporis per desuetudinem, aut quæcumque contrariam consuetudinem, non sine detrimento, immutata esse constiterit, ut ad pristinum reducantur, novisque sanctionibus confirmentur: Ea propter Nos quoque præcipuum munus nostrum esse ducimus, ut nostra in hoc potissimum studia desiderari minime patientes, Apostolicæ etiam auctoritatis nostræ partes collochemus.

§. I. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt <sup>Eugenius</sup> dilecti Filii Communitas, et Homines Civitatis <sup>IV. Gu-</sup> Nostræ Firmanæ, quod inter cætera Indulta, <sup>bernium</sup> et Privilegia, quibus, ut asseritur, Civitas ipsa <sup>Civitatis</sup> Firmana a fel. record. Eugenio PP. IV. Prædecessore Nostro decorata fuit, illud etiam con- <sup>Firmanæ</sup> tinebatur, ut Gubernatoris, et Judicis privati <sup>Cardinali</sup> Civitatis prædictæ munus a Cardinali pro tem- <sup>pro tem-</sup> pore Summi Pontificis Nepote, vulgo Cardinali <sup>pore Pa-</sup> Patrono nuncupato, obiretur, quemadmodum <sup>trono pri-</sup> <sup>vative</sup> concessit. <sup>concessit.</sup>